

CAPUT SECUNDUM

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit impiorum qui sapientis, virtutisque et vera vita expertes, cum insipientis, vitiis et morte fadis interiunt, sensu et mores describere, scilicet quod sentiant omnia cum morte finiri, idque voluptati, dum vita suppetit, indulgendum; et justum quemlibet eis adverserant, ac in primis Christum esse occidendum et crucifigerendum. Inde, vers. 22, asteat enim cœculationem, quod ignorante fidura premia justis, et supplicia iugis a Deo preparata: Deum enim creasse hominem immortalē, mortem vero invidia diaboli per peccatum in orbem iniecit, quam ejus sectatores impii experiantur, aeresque ejus aculeos generentes sentiunt.

1. Dixerunt enim cogitantes apud se non recte: Exiguum, et cum tardio est tempus vita nostræ, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis: 2. quia ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquam non fuerimus: quoniam fumus fatus est in naribus nostris: et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum: 3. qua extincta, cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tanquam mollis aer, et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur, que fugata est a radiis solis, et a calore illius aggravata: 4. et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, et nemo memoriam habebit operum nostrorum. 5. Umbrae enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri: quoniam consignata est, et nemo revertitur. 6. Venite ergo, et fruamur bonis quæ sunt, et utamur creatura tanquam in juventute celeriter. 7. Vino pretioso et unguentis nos impleamus: et non prætereat nos flos temporis. 8. Coronemus nos rosis, antequam marescent: nullum pratum sit, quod non pertineat luxuria nostra. 9. Nemo nostrum exors sit luxuria nostra: ubique relinquamus signa lætitiae: quoniam haec est pars nostra, et hac est sors. 10. Opprimamus pauperem justum, et non parcamus viduc, nec veteram reveremur canos multi temporis. 11. Sit autem fortitudo nostra lex justitiae: quod enim infirmum est, iniutus invenitur. 12. Circumveniamus ergo justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et impropperat nobis peccata legis, et diffundat in nos peccata discipline nostra. 13. Promittit se scientiam Dei babere, et filium Dei se nominat. 14. Factus est nobis in traductionem cogitationem nostrarum. 15. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, et immutata sunt via ejus. 16. Tanquam nugaces astimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris tanquam ab immendiis, et præfert novissima iustorum, et gloriatur patrem se habere Deum. 17. Videamus ergo si sermones illius veri sint, et tentemus quæ ventura sunt illi, et sciemus quæ erunt novissima illius. 18. Si enim est verus filius Dei, suscipit illum, et liberabit eum de manibus contrariorum. 19. Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, et probemus patientiam illius. 20. Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. 21. Haec cogitaverunt, et erraverunt: exacceavit enim illos malitia eorum. 22. Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem speraverunt justitiae, neque judicaverunt honorem animarum sanctorum. 23. Quoniam Deus creavit hominem inextinguibilem, et ad imaginem similitudinis sue fecit illum. 24. Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum: 25. imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.

1. DIXERUNT ENIM COGITANTES APUD SE NON RECTE, hic dani rationem precedentium, cur scilicet — sed prave, insipienter et impie; non enim nota illi mortem accersierunt, cum eaque fadis

tuerint, idque digni sint, qui in mortis sorte et societate statuantur. Ratio eorum hœc est: vita nostræ, omniaque ejus bona et mala in morte finiuntur, ac post mortem nihil erit, quod nos exhibaret vel affligat; ergo dum vivimus, vivamus late, omnique cupiditatem indulgemanus, idque aliorum opes et bona diripiamus, ut his epulemur et voluptuemur. Radix hujus corum paralogismi est, cupiditas et voluptas, cui toti inhiant: hanc enim ut impune sectentur et explicant, sibi persuadent animam esse mortalem, ac proinde post mortem nullam timendum esse numinum vindictam et peccatum. Hujus erroris et heresis auctor fuit Cain, parvella Abelis fratris, qui negavit numen numinibus vindictam, idque fratrem occidit, teste Josepho, I Antig. cap. ii, ac Philone, lib. Quod detinet potius iniuriantur, et S. Ambrosius, lib. De Cain et Abel, cap. ix: hunc sentiunt posteri ejus omnes, ob quos Deus orbem totum meritis diluvio. Post diluvium perfidiam hanc et scelus renovavit Nemrod, tyranus, auctor turri babilonicae, quasi per eam in eculum consenserunt. Deoque bellum indicatur, Gens. xi; deinde Samarite, scilicet Assyri, qui a Salamanas ex Assyria traduci sunt in Samaram, hi enim censebant omnium cum morte inferi, nee ullam fore resurrectiōnem, teste Epiphanius, heresi 9; Philastrio, heresi 7, et aliis; denique Sadoc, ejusque asseclae sudiciei, qui vixit sub Jude Machabeo, teste Josepho, lib. XIII Antig. cap. ix. Eundem heresem ex gentilibus docuerunt Democritus, teste Platarchio, lib. IV De Placitis philos. cap. vii; et post eum Epicurus, ejusque sectatores epicurei, quorum hoc axioma:

Ede, hinc, lude, post mort. a nulla voluptate, teste Platarchio ibidem. Horum sensa et voces recessent Seneca, epist. 123: « Inde, inquit, ad haec perenniū verba: Virtus, et philosophia, et justitia, verborum inanum crepitus est; una felicitas est, bona vita, facere omnia libere (ali codices legunt, facere esse, libere), frui patrimonio; hoc est vivere, hoc est se mortale esse meminisse. Fluit dies, et irreparabile vita decurrit: dubitamus? Quid juvat sapere; et etati, non semper voluptates receptare, interim, dum potest, dum possit, ingenerare frugalitatem; ultra mortem precurtere, et, quidquid illa ablatura est, sum sibi interdicere? »

Vidit igitur ipsum Seneca qui, epist. 400: « Hoc, at, quod inter primum diem et ultimum jacet, varium et incertum est. Si molestias existimatis, etiam puer longum; si velocietas, etiam seni angustum. Nil non lubricum et fallax, et omni tempestate mobilius. Jaetantur cuncta, et in contrarium transeunt, et in tanta volutatione rerum humanarum nil cuiquam nisi mors certum. » Et paulo post: « Propone profundi temporis vastitatem, et universum complectere, deinde hoc, quod atatem vocamus humanam, compara; universe videbis quam exiguum sit, quod optamus, quod extendimus: ex hoc quantum lacrymae, quantum sollicitudines occupant, quantum mors antequam veniat optata, quantum valetudo, quantum timor, quantum teneri, aut rudes, aut inutiles anni. Dindidimus ex hoc edormit. Adjuice labores, pericula, et intelliges etiam in lon-

gissima vita, minimum esse quod vivitur. » Et Menander : « Congenita sunt dolor et vita, illaque consenserit vita. » Zeno imperator : « Ludibrium Dei est homo. » Alius : « Quid est homo? » Ludibrium mortis, viator transiens. » Aristoteles : « Quid est homo? imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortune iusus, inconsuetitia imago, invidae et calamitatis trutina : reliquum vero puitus et bilis. » Ita refert Stobaeus, serm. 89, qui totus est de hac re.

ET NON EST REFRIGERIUM IN FINE HOMINI. — S. Bonaventura, Lyranus, Hugo et Dionysius exponunt, q. d. impii post hanc vitam pergent, non ad refrigerium coli, sed ad supplicium gehennam; verum greci est : οὐ τένεται ἐν τῷ θάρσῳ, id est, non est medicatio, vel curatio in obitu hominis; valabiles, nec est remedium contra obitum, q. d. Non est medicina, nec remedium ad evadendum mortem, juxta illud : « Contra vitam mortis non est medicamen in horis. » Vero Seneca in Consolat. ad Marcionem, cap. xi. : « Quid, ait, est homo? quidlibet quassumus vas, et quidlibet fragilis; jaeta, non tempestate magna ut dissipari, est opus; ubicumque arietaveris, solveris. Quid est homo? imbecillum corpus et fragile, nudum, simple natura inerme, aliena opis indigena, ad omnes fortuna contumeliam projectum: cum bene lacertos exercuit, eujuslibet ferre parvulum, eujuslibet victimam; ex infirmis fluidisque contextum, et lineamentis exterioribus nitiendum; frigoris, aestus et laboris impatiens; ipsis rursus sit et ofio iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modo inopia, modo copia rumpitur. » Et pauco interiecto : « Odor illi saporque, et lassitudine, et vigilia, et humor, et cibus, et sine quibus vivere non potest, mortifera sunt. Quocunque se movet, infiltratis sum statim conscientiam, non omne cecum ferens, aquarum novitatis, statique non familiaris aura, et tenuissimi causis atque offensionibus morbidum, putre, caustarium, fluit vitam auspiciunt: cum interim quantos tumultus hoc tam contemptum animal moveat in quantas cogitationes oblitum sive conditionis venti! immortalia, eterna voluntat animo, et in nepotes pronopotes disponit: cum interior longa conantem cum mors opprimit; et hoc, quod senectus vocatur, pauci sunt circuitus amorum. »

Mystice : « Non est refrigerium homini in fine, quia cum febre quadam hecita, ex cruda illa comedunt pomì vetiti, semper astemus, non est refrigerium, id est, non est remedium vel pharmacum, quo ardor excitata febris restinguatur; ne proinde non est remedium contra obitum hominis: febris hæc est insita homini elementorum contrariaorum commixtio, qua eum lassendo assidue corrumpt et intermit: item febris hæc est concepcionis, que hominem ad excessum gula et luxuria impellit, quo plerique occiduntur.

ET NON EST QUI AGNITUS SIT REVERSUS AB INFERNIS. — Clarius, non est qui post mortem iterum vita sit restituta, qui scilicet ostenderit se vivere, et aliam post mortem superesse vitam, in qua illæat miseriae hujus vita effugere, et in voluptates commutare, q. d. Incerta et fabulosa sunt que a poeta craterisque de inferis eorumque penitus, ac rebus aliis post hanc vitam narrantur: hec enim omnia sunt aniles fabule, et terribilia mentu puerorum: talis est descensus Aeneas ad inferos, indeque redditus dux Sibylla, quam describit Virgilii, VI Eneid., et ille Thessepii Solensis apud Plutarchum, lib. De Sera Numinis vindicta. Tæc telle indicant impii animam cum corpore interire, idque illi dandas suas cupiditates in hac vita, ut leta vivat, cum post hanc vitam nil amplius illi sit expectandum: ita nimis, siue anime immortalitas impellit hominem ad mortem cultumque numinis per modestam puram vitam, sic mortalitas anime, homini persuasa, inducit eum ad negandum numen omnemque religionem, ut homo liber vivat, sicut quaque suas libidines. Porro haec impiorum gnoea falsa est: quia multi redierunt ab inferis, qui susciitati sunt ad vitam a Elia, Eliose, aliisque prophetis, apostolis et sanctis; vera tamen est hoc sensu, quod illo ipsum evo pauci, et forte nulli a morte et inferis ad vitam redierint. Simili modo ait Homerus, Iliad. IX :

Ononix præda sunt boves, et pinguis pecora,
Et triquæ acquire possunt, et equorum flavicava capita.
At hominis anima, ut redit neque per prodam,
Nec alter capi posset, ubi semet emigravit et vello den-
tum.

Et Philetas :

Hec fœci ad inferos,
Per quod nullus retrorsum viator redit.

Et Virgilii, VI Eneid. :

Facilis descensus avari;
Sed revocare gradum, superaque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.

Nota, animas beatorum in celis sepius in terram redierunt et apparuerunt mortalibus, ut cum B. Virgo apparuit Joanni patricio et Liberio pontifici, iussitque basilicam sibi in Esquilin extraxisse loco qui nive tectus erat die 8. Augusti: unde Festus B. Marie ad nives. Cum eadem apparuit Joanni Damasceno, eique manum, quam Leo Isaurus prescidiussi, rogata restituta, in brachio relieta ex vulnera linea, ut in ejus Vita narrat Joannes patriarcha Hierosolymitanus. Cum SS. Philippus et Joannes apparuerunt Theodozio Imperatori, teste Theodozio, lib. V Histor. cap. xxxiv, SS. Petrus et Paulus Constantino Imperatori remedium lepræ suggestores baptismum, teste VII Synodo, act. II. Animæ etiam et limbo redierunt, ut anima Moses apparet cum Elia in

transfiguratione Christi; anima Samuels apparet Sauli, eique mortem predicens, I Reg. xxviii; S. Jeremias et Omnis apparuerunt Iude Machabeo, victoriam contra Nicorenem preuentientes, II Mach. xv. Animæ quoque et purgatorio redierunt, nam Paschatus, apostolica curie diaconus, post mortem in Angelanis thermis, a Germano Capuanu inventus est inera defectorum ponas, ut narrat S. Gregorius, IV Dialog. cap. xi. Iustus quidam ob rotundas pecunias grave supplicium pertulit: qui tandem domum fratris apparetur so ab illo sanctis sacrificiis liberatum esse exposuit, teste S. Gregorius, IV Dialog. cap. xxxv. Fuit et presbyter qui Confutellus in balneis frequentissime apparuit, qui sibi operam gratuitam, si quando laureas praestabat. Pro quo ubi, quemadmodum rogatur, Deo sacrificia obtulisset, spiritus fuisse cognovit, cui divina miseratione hoc modo pro peccatis satisfacere et juvari congit, ut ibidem narrat S. Gregorius.

Anima vero ex inferno subinde, sed rarum rediunt et apparent, idque non tam per seipsum, quam per demones: ipse enim ad carcere ignemque gehennæ damnatum, inde exire non sicutur; unde earum loco apparent demones, qui in hoc ore usque ad diem iudicij ad hominem tentationem et exercitationem agera a Deo permittuntur, et inferni peccata hominibus representant, eorumque metu homines a vitis coarent, et ad Deum colendum cogant: si visus est sancto cuidam cremiti Theodosiorum Italia rex arianus, inter Joannem pontificem et Symmachum patricium vincis deduci manus, et traduci in ollam Vulcani, uti narrat S. Gregorius, lib. IV Dialog. cap. xxx. Vista est monialis in Ecclesia S. Laurentii Romæ ante altare per medium securi, teste S. Gregorius, eodem lib. cap. li: idem, cap. xxxvi, narrat Petrus quemadmodum defunctum vidisse tormenta damnatorum in igne gehennæ, cumque ipse in eundem projiciebantur, angelum vetusse, dixisseque : « Redegredere, et qualiter tibi posthac vivendum sit canitissime attende. » Similia narrat ibidem de Stephano quodam, aliquo milie. Curma quidam Municipi Tullensi, cum aliquot dies quasi mortuus jacuisse, rediens ad se mirabilia de mortuorum penis et premis narrans, eadem certis argumentis confirmavit, uti refert S. Augustinus, lib. De Cura pro mortuis, cap. xi, ubi et plura simillimum apparitionum exempla recenset. Si Josephat, conversus a Barlaam, in rapto vidit infernum supplicia, eoque visu tentatione carnis superavit, uti narrat Damascenus in Histor. cap. xxx. Vide nostrum Petrum Thyreum, lib. I De Spirituum apparit. cap. xi, Alexandrum ab Ale. ad drc. lib. V Genial. cap. xxii, et lib. II, cap. ix, Ias. Iacobum Flechum, lib. XVI De Immortalitate animæ. Trajanus imperatoris animam a penitenti libera tam precibus S. Gregorii et Joanne diacono ceaseron Ciaceonus et alii, verum Baronius, Bel-

Tropologio. B. Petrus Damiani, epist. 4, cap. iv, ostendit impium, etiam dum existit, videri potius non esse, quam esse, magisque pertinere ad nihilum, quam ad ens, eo quod longissime ab eo, qui vere est, et per quem omnia sunt, puta a Deo, recessit et distet. Magis enim distat peccator a Deo, quam non ens ab ente: huius enim finita, illius infinita est intercedo et distanta. Accedit S. Gregorius, qui de homini

in pectacum prolapso ita loquitur, lib. XI Moral., cap. XXVI, ad illam S. Job, cap. XIV: « Quis quasi flos egreditur, et conferitur, etc. Quasi flos etenim egreditur, quia nescit in carne; sed conferitur, quia redditur in putredinem: quid enim sunt natu homines in mundo, nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc institutum mundi presentis, et ecce quasi tot floribus, quod hominibus plenus est. Vita itaque in carne, flos in feno est; unde bene per Psalmistam dicitur, Psalm. cu. 13: *Homo sicut fons dies eus: et sicut flos agri, ita florabit.* Isaiae quoque ait, cap. XL, vers. 6: *Omnis caro faxum, et omnis gloria eius sicut flos agri.* Homo etenim more floris procedit ex occulto, et subito apparet in publico: quis latet ex publico per mortem retrahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostendit, sed ariditas pulvis et aspectus retrahit. Quasi flos apparetur, qui non eramus: quasi flos arescimus, qui temporiter apparetur. Et quis per momenta homo quotidie compellitur ad mortem, recte adjungit: *Et fugit velut umbra, et vanquam in eodem estat permanet.* » Hoc est quod lugubris vox canit David, Psalm. LXXXIX, 9: *Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis, seputuaginta anni.* Si autem in potentibus, octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor. Quoniam supervenient mansuetudo, et corripiumur: *illebra, quia tonus est veator, et evolatibus; Arias, recessit cito, et evolamini;* Vatablus, *culicet transit, et evolamus.* Unde S. Ambrosius, epist. 42, *tantis malis, asserit, hanc vitam esse repletam, ut comparatione ejus mors remedium esse putetur, non poena: nam et idea, inquit, Deus illam brevem efficit, ut molestias ejus, quae posperitate non poterant, temporis brevitatem finirentur.* Huc facit illud Petronii de larva argentea:

Heo, heo nos miseros, quoniam telus homicidio nli est!
Sic enim cuncti, postquam nos auctor Orcus.

— *Quoniam fumus flatus est in naribus nostris.* — Ita legendum cum Romanis: perperam aliqui legunt, *fumus et flatus;* minus recte quoque alihi, ut Franciscus Lucas et Complutenses, legunt, *afflatus,* licet hoc quasi idem sit quod *flatus;* pejus alii pro *in naribus* legunt, in *naribus;* unde Herodotus censuit animam habitare in naribus, eo quod bonus auditus corpus recreetur, malis vero auditus ad iram stimulatur; Syrus, *quid tuncquam fumus esse spiritus in naribus nostris;* Arabicus, *qua flatus fumus in naribus nostris.*

Sensus est, sicut dicas: *Animam et vita nostra non est aliud quam flatus, id est anhelitus, que per naras aeren atrahimus et respiramus; hic autem anhelitus, mox ut fit, subsedit et deficit, ac instar fumi dissipatur, et tenes vanescit in auras;* in easdem ergo abilita nostra anima in morte, ac proinde post ea nulla nobis superest vita. Sic Heraclitus censuit animam non esse aliud, quam humorum respirationem, sive vaporem et

exhalationem, teste Aristotele, lib. I De Anima, textu 32: *qui et rude vulgas anhelitum vocat animam, nec aliarn animam novit. Porro quia communiter respiramus per naras, hinc fumum vel anhelitum narium animam appellat. Quo pariter alludens Isaiae, cap. II, vers. 22: » Cavite, ait, ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. Verum errant impii: anima enim nostra est spiritualis, ita purus merusque spiritus instat angelis, ac proprie nequit esse flatus vel anhelitus, utpote qui corporeus est, sed ipsa anhelitus hunc operatur, et calorem cordis in qua habitat, refrigeret. Porro apte anhelitus comparatur fumus: sicut enim ignis causal fumum, sic calor naturalis causat anhelitus et respirationem; hinc vita nostra, quae respiratione fogetur, vocatur. Jacob, IV, 13, » vapor ad modicum parens; » hinc et Psaltes, Psalm. ci, 4: » Desecrerunt, inquit, sicut fumus dies met.*

Et SERMO SCINTILLA AD COMMONENDUM COR NOSTRUM. — Ha legendum cum Romanis et Grecis, non scintilla, ut legunt aliqui, vide Franciscum Lucam, notat. 200: *Greca enim habent: et aperte omnia, id est sermo scintilla;* licet Budensis in Pandect., et Petrus Nannius hic preferant aliam lectionem, que rarior inventur, scilicet *aperte omnia,* est *exigua scintilla,* q. d. *flatus* sive anhelitus, quo respiramus et vivimus, est quasi scintilla quedam, id est exiguae calor et vapor, qui tamdiu durat, quamdiu durat motus cordis, vel motus, quo moveatur et vivit cor nostrum. Vita enim consistit in calore naturali motu cordis, qui anhelitus velut sui scintillam emittit in alium: *imo stoici censuerunt animam non esse aliud quam calidum spiritum;* vel, si dilatatur, collidat exhalationem, quam asperbat semper fluere ex corde, velut ex caloris naturae officina, in qua praealiter generatur spiritus vitales, per quos fit motus, omnissimum sensuum nostrorum: ita Plutarchus, lib. IV De Placit. philosophic., cap. III, *Hic sensus commodus est et facilis. Verum codicis plures et melioris nota legunt, non aperte, sed aperte, id est sermo scintilla.* Porro *aperte vel potest ratio,* q. d. Ratio et meus, quae homo pre ceteris animalibus pollet, est quasi scintilla quae moveat cor et voluntatem ad omnia quae agi: ita Osorius; verum melius Nestor et alii *aperte, verum, sermo.* Significant ergo impii vita nostram non esse aliud quem viveat ignem in corde existentem, qui ad motionem, vel, ut graece est, *tvzeta,* id est in motione cordis nostri, emittit de se scintillas, scilicet sermonem et verba quae loquuntur, ac *fumum,* scilicet respirationem et anhelitum, sicut ignis, cum moveatur, scintillas ejaculator et fumum.

Horumque, sicut deficiente igne deficit scintilla, ab illic in favillam et cinerem, sicut deficiente loqua, et consequenter anima, corpus abit in diuersis: quid brevis, quid innatus, quid vanus, quid fugacis vita? Adhuc, sermo moveat cor,

quia illud nunc commovet ad iram, si asper sit: *Secundo, sicut fornax tumularie et vase evomit fumum et scintillas, eodem modo et ear evomit verba. Tertia, sicut fornax illa effundit pro motu ignis et lignorum, sic et cor effundit sermonem ex motu affectus amoris, ira vel odii, quo agitatur; unde si moveatur amore, verba promit amica et blanda; si ira, iracunda et minaciaz; si odio, terria et funesta; et timore, timida et anxia, etc. Quarto, sicut fumus et scintilla certi sunt indices, aque ac effectus ignis, sic et halitus ac verba certa sunt indicia et effectus vita, aque ac effectus dominialis in corde. Quinto, sicut cessante fumo et scintilla cessat ardor fornacis, et sic cessante respiratione et loqua cessat vita, vitalis affectus in corde; hinc silere in Scriptura est morte, ipsaque mors vocatur *πόντος doma,* id est silentium: quare quantum minuitur visi respirandi et loquendi, tantum decrescit et minuitur vita, unde senes et moribundi gracieferunt, temerari et subanice loquuntur, ut vix intelligi queant, iuxta illud Eccl. XII, 4: » El claudent osia in platea, in humiliatae vocis molientes. » Adit sexto, scintilla, licet splendeat et cum stridore eminet, omninoque oculos ad se convertat, illicio lumen dissipatur: sic sermo, licet elegans et magnificus sit, ut omnes ad se repiciat, tamen illicio abiit ac dissipatur. Hinc contra prefidentes, siue namcum omnes proferunt haec apologeticum: Cadens scintilla, fumus vi in sublime levata, sibi placebat impensis, ac mox inter sidera se relatum ei existimatbat; verum ut ad medium canum gulum ascendit, extincta et eius facta decedit. Igmar sicut citio evanescit fumus et scintilla, sic et halitus, sermo et vita. Si ergo quis querat, quid est vita hominis? quid est homo? respondet: Homo est sermo, homo est halitus, homo est fumus, homo est scintilla: ita Iohannes Baptista rogatus: Tu quis es? respondit: Ego sum vox clamantis in deserto. Isa. XI, 3: vide ibi dicta. Fursum *scintilla,* sicut parva sepe scintilla neglecta, magnum excitat incendium: sic sermo exiguis, v. g. convicuum in aliquem iactum, manus sepe suscitulit lites, rixas et cades; unde S. Jacobus, cap. III, vers. 6: » Lingua, ait, ignis est, universitas iniquitatis, etc., et inflammat rotam nativitatis nostrae, inflammata a gehennae. »*

Porro *flatus,* sive respiratione, recte annecditur sermo, velut effectus sine enuse: sicut enim flatus in tibis et organis sauvens effect metodium, sic anhelitus in ore ad dentes, labra et palatum, linguis repercussus, effect sermonem et vocem articulatam: unde S. Gregorius Nyssenus, lib. De Operis hominis, cap. IX: » Mens, ait, humana vel industria artifex animata organa pulsat, etc.; et Theoderetus, lib. III De Providentia, agens de organo humanae vocis, ait: » Organum musicum, quod aeneis fistulis constat, et flolum flatu, vel aura inspiratum, artificisque digitis motum sibi consonam vocem edit, plane id simillimum est; unde unquam accipiens ars tibias

Sensus ergo primo loco assignatus, est planus et genuinus, ubi nota sermonem apte comparari scintilla, halitum fumum, cor igni, sive fornacem, prima, quia sicut formam ejaculator fumum et scintillas, sicut cor ejaculator halitum et ser-

fecit, lyras ethicasque composuit. Porro, sicut folles in organo flatum, qui melodiam efficiunt, producent, sic quoque pulmones faciunt anhelitum, qui sermonem efformant; unde pulmones velut folles organi flantes, a Galeno, lib. IX *De Usu partium, aeris promptuaria appellantur*: idem velut folles vitalem ignem, id est calorem naturalem, accipiunt et accendunt. Unde Nyssenus, lib. *De Opific. hom.* cap. XXX, cum dixisset, « cor esse a quo spiritus ignei per corpus diffunduntur, atque id sine intermissione moveret, ac prouide esset igni natura simile », subiungit: « Instar folium, quibus in officiis suis vultur fabra, aera semper attrahit et vicino pulmone, aeris receptaculo; et quod igneum est in ipso efficit. »

3. QUA EXTINGUITA CINIS ERIT (graece καὶ οὐκέτι, id est evadet) CORPUS NOSTRUM. — Ita legendum cum Romanis et Grecis; perperam ergo nonnulli, ut Complutensis et Regia, nec pro legum quia: vide Franciscum Lucum, notat. 201, ubi notat alias legere; quia extinctus cinis erit corpus nostrum; aut post corpus nostrum; aut, extinctum; vel, extincta cinis erit corpus nostrum; alii apud Budicum in Pandect. legunt, quia extinctus cinis erit corpus nostrum; ipse vero Budicus legendum censet, qua extincta, puta scintilla. Sensus est, q. d. Cum scintilla sermonis nostri in morte extinguetur, ut amplius loqui non possimus, tunc corpus resoluter in cineres: sicut enim dum ignis scintille deficit, deficit pariter ignis, abitque in cineres, sic pariter illi desierit in nobis sermo, et motus cordis, qui cum eius effectu, ut amplius loqui non possimus, tunc caro nostra diffinet, redibutque in pulvorem, ex quo primitus a Deo producta est. Rursum, sicut fieri nequit ut ignis extinctus ex cinere exciteatur, sic extincta in corde vitali scintilla, hoc est calore naturali, illi ipse redire, ac per eum corpus reviviscere nequit, inquit Cantacuzenus: nihil enim tam mortuum quam cinis.

Nota, multi philosophi censerunt animam esse vitalem ignis, qui vivens hominis corpus, instar facie accense resplendet, ut testatur lumina ex oculis emicantia, scintillæ ex ore salientes, fumus et latus et naribus, unde totus homo, qui quasi flos émitet, ac quæ dicuntur græce, hoc est lux ignis, per mortem talis efficit, ut cadaver ejus sit quasi cinis ex busto relietus.

Hinc dicunt impii animam cum corpore, dum homo moritur, in cinerem abiit, in eum enim agis abiit: rursum in fine mundi omnia corpora exirent igne conflagrations, ibantque in cinerem. Audi S. Clementem, lib. V *Constitut. Apost.* cap. VII, quod est de resurrectione: « Quod si Græci, aut, derident nos credentes nostris Scrip-

turis, saltem fidem habeant vali sua Sybilla, quæ ad verbum inquit:

Atque ubi encata clavis fuerint, tenueisque favilla,
Atque idem Deus extinguet, quem incenderat ignem,
Ossaque restinet rursum, cineresque sepolos.
Et genus omne hominum (ut forsan) Deus ipse reponet.

Denique Romani aliique populi, teste Alexandre ab Alexandro, lib. IIII *Genital.* cap. vi, corpora defunctorum cremabant verberantque in cineres, ne feeda fabe diffiluerent et potescerent: aliquo corpus per se non abit in cinerem, sed in pulvorem; per cinerem ergo hic pulvorum quoque intellige: Hebreus enim vicina sunt *YHWH ephes*, et *BY ephes*, id est cinis et pulvis.

ET SPIRITUS DIFFUNDENDUS TANQUAM MOLLIS AER. — Spiritus, id est fatus et halitus, quo respiramus, vegetamur, calescimus, loquimur, de quo dixit vers. preceedit, qui ut ex aere fit, sic in aerem abit, dum homo moritur. Philosophi per spiritum intelligent animam hominis, quam ostendit esse corpus quodammodo tenuis et subtile, quale est spiritus et ventus; hinc Democritus consultum animam, uti et extera omnia, ex fortuito atomorum concursum confatam, qui cum percussi motu agitantur, efficiunt corpus agilenter et commoventer; scilicet dixerunt animam esse spiritum calidum; ali, ali plures, animam esse aerem censuerunt, illi Lucretii, lib. V:

Auramque leves animæ, calidique vapores.

Et Varro in *Cosmoter.*: « Deis habendas animæ levæ, dum ventus nos flamine solo suavem ad patram perducit. » Heraclitus animam putavit esse ignem quid, alii esse lumen quoddam, Diogenes esse aerem, Thales humorum, Cratias sanguinem, Empedocles harmoniam quandam et temperaturam elementorum; Hippocrates dixit animam esse spiritum tenuem per corpus omne dispersum, qui cum ateate et corpore crescat et decrescat, augentur et minuantur, consumunt et interficiant, ita Plutarchus *De Placit. Philosoph.* lib. IV, cap. ii et iii. Vide S. Justinum in *Parvæsi*, S. Nechemiam, lib. *De Natura hominis*, cap. ii, et Cicero, *Tuscul.* I; unde et nonnulli hebraeorum *WV tsch*, id est vir, derivant ab *WV esch*, id est igne. Significat ergo impii extincti nem vitali ignis, qui vivens hominis corpus, instar facie accense resplendet, ut testatur lumina ex oculis emicantia, scintillæ ex ore salientes, fumus et latus et naribus, unde totus homo, qui quasi flos émitet, ac quæ dicuntur græce, hoc est lux ignis, per mortem talis efficit, ut cadaver ejus sit quasi cinis ex busto relietus.

Videntur ergo impii partim ex sentientia philosophorum, partim ex sermone et sensu vulgi censere animam non esse aliud quam spiritum, sive flatum, quo respiramus, et quem in morte expiramus, qui tum instar aeris et vaporis evanescit; ac proinde post mortem: *non superesse* animam, que cognitionis, sensus, dolorum et suppliciorum sit capax; eo quod, sicut in morte corpus abiit in cineres, sic spiritus et anima abi-

et difficit in auram et aerem ex quo venit: sic Jerome: *animam* vocat halitus, dicens: « An anima fraret uxori tue? »

Quia in re graviter errant, primo, quia ne in brevis quidam anima est halitus, sed nobilis et spiritualius quid, quo imaginatur, recordatur, concepientis res sibi commodas et secundas; secundo, quia in homine manifestum est ex ejus operibus animam esse quid sublimis, coelestis et angelicum, instructum potentius et doctius divinis, scilicet intellectu, quo cognoscit non solum corporalia, sed et angelos ac Deum ipsum; memoria, qua eadem licet absentia et diu preterita renipuscatur; voluntate, qua eadem amat et caret teris potestis, sensibus, membrisque omnibus, vel politice, vel despotice imperat.

Audi Lactantium, lib. *De Opific. Dei*, cap. XVII:

• Quid autem sit anima, nondum inter philosophos convenit, nec unquam fortasse convenit: etiam illi sanguinem esse dixerunt, ali ignem, ali ventum, unde anima vel animos nomen accepit, quod grecus ventus ἄνεμος: dicunt: ne illos tamen quisquam dixisse aliquid videtur. » Et pluribus interjectis: « Unde appetit animam nescio quid esse Doo simile. At illi qui ventum putant esse hoc falluntur, quod ex aere spiritum dicoentes, vivere videantur. Varro itaque definit: *Animæ est aer conceptus ore, defervescens in pulmone, levigatus in corde, diffusus in corpus.* Hoc apertissime falsa sunt: neque enim tam obscuram nobis hujusmodi perum dico esse rationem, ut ne hoc quidem intelligamus, quid verum esse non possit. » Et post nomina: « *Animæ ergo non est aer conceptus, quia multo prius dignatur anima, quam concepiat aer ore possit: non enim post partum insinuat in corpus, ut quibusdam philosophis videtur, sed post conceptionem protinus, cum foetus in utero necessitas divina formavit, quia adeo vivit infra viscera genitricis, ut et incremento augeatur, et crebris pulsibus gestis emere. » Audi et S. Isidorum, lib. XI *Orig.* cap. i: « *Animæ a ventis nomen accepit, eo quod ventus sit; unde et ventus græco ἄνεμος: dicunt, quod ore trahentes aerum vivere videantur;* sed apertissime falsum est, quia multo prius dignatur anima, quam concepiatur aer, quia jam in genitrici utero vivit; non est ergo aer anima, quod quidam pulaverunt, qui non potuerunt incorpoream ejus cogitare naturam. »*

TANQUAM MOLLIS AER. — Grecæ ψύχει, id est malus, laxus, fluxus, solitus, remissus, edens, incisus, fungosus, vagus, fugax: alludit ad etymon aeris, nam ut sit Plato in *Cratyl.*: « Aer aude dicitor? an quoniam ἄερ, id est tolitus ventus est, quo sunt in terra? an quoniam ἀερ, id est semper fluidus? » an quoniam ex seipso semper fluente existit spiritus sive flatus? sic ether dicitur, quasi ἄερ, id est semper currens circa aerem. Aliis magis placet, ut aer deriveatur ab ἄερ, id est spiro, aer enim ventum expirat, et vento

perficitur: rursum respiratione in homine fit per aerem, inspiratione et expiratione attractum. Halitus ergo noster est quasi mollis fluxusque aer; hinc epitheton aeris est quod si fuisse et extenuatus, id est sparsus, extensus et tenuis; unde Cicero, lib. II *De Nat. deor.*: « Ex cuius finitimus aer, ait, die et nocte distinguuntur, isque tum fuisse et extenuatus sublimis fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. »

ET TRANSIT VITA NOSTRA TANQUAM VESTIGIUM (græce στράβη, id est vestigia) NOMIS. — Vestigium propriæ est similitudo pedis, puta a pede impressa arena vel luto, inde tamen transferatur ad qualibet signum: vestigium ergo nubis sunt reliqua, signa et effectus nubis, quales sunt stillæ, pluvia, nigredo vel fuscado in aere apparen- tia, præseruit nebula, ut sequitur, quam nubes post se relinquere solet, unde explicans subdit:

Et SICUT NEBULA DISSOLVETUR, QUAZ FUGATA EST A RADIX SOLIS. — Nobis enim crassi-*tor*, vel a vento, vel rapto coeli-*torum*, vel a sole dissipata, desinit nebulam subtiliorem, quæ profunde statim a radix solis disiicitur, ideoque nube jam prorsus dissipata serenitatis est index: atque cum ex se sit frigida, aerea, in quæ disiicitur, infrigidat; quæ de causa aurora solet esse frigida, quia oriens sol nebulas, vaporesque frigidos noctu collectos per aerem dispersens, eum frigidorem efficit; hinc poete dicunt auroram esse matrem ventorum. Paulo alter Hugo et Holocot: « *Vestigium nubis*, inquit, est exigua nubis particula, quanta est extrema pars pedis, cuius solent in terra vestigia impressa relinquiri: » sic enim III *Reg.* XVIII, 44, orante Elia, « nubecula parva, quasi vestigium hominis. » Hebreus, sicut plantæ pedis, ascendebat de mari. Comparant impii vitam suam brevem et fugacem, primo, fumo, vers. 2; secundo, scintillæ extinctæ et cineri, ibid., tertio, molli aeri, vers. 3; quarto, nubi et nebulæ, ibid., quinto, umbre, vers. 5.

Symbolice, S. Bonaventura in *fumo* censem notari oppositionem intellectus; in *vento* sive *flatu*, irascibilis perturbationem; in *scintilla*, concupisibilis inflammationem; in *aere*, intentionis vanitatem; in *cineri*, operum infructuositatem; in *nube densiore*, oppositionem contra gratiam; in *nube leviore*, mentis elationem; in *umbra*, exteriorem simulationem.

ET A CALORE ILLUS AGGRAVATA. — Cantacuzenus alian a precedenti hic ponit similitudinem, q. d. Vita nostra mutatur et moritur, sicut mutatur nebulæ, cum in hieme radios solis, sed debiliores sentias, contra eorum calorem per antiperistasis nebulæ constringit, aggravat et condensat, ut nebulæ esse desinat et transeat in rore vel umbra crassiorem. Melius aliis passim censem eamdem esse similitudinem, q. d. Vita nostra disiicitur, sicut nebulæ a calore solis aggravatur, id est degravatur, premitur, opprimitur et dissipatur,

ut vel per aereum dispergatur, vel in stillas et pluviam resolvatur. Porro apie vita nostra comparatur nubi et nebula, que non est aliud, quam vapor humidus calore soi et terra extractus, refactus, et in altum elevatus, qui ruritate sua per aereum expansus, sua magnitudine videtur solem obumbrare, itaque oculos hominum fallit; sed tandem vi solis aut ventorum dispersitur, in nihil abit et evanescit: simili enim modo dissipatur et evanescit vita nostra, omnesque ejus pompe, opes et voluptates, iuxta illud, Job, cap. viii, 9: «Sicut consumunt nubes, et pertransivit: sicut desidererit ad inferos, non ascendet;» et Oe. xiiii, 3: «Erunt quasi nubes matutinae, et sicut ros matutinus præteriens, sicut pulvis turbine rapax ex area, et sicut fumus de fumario.» Hinc

Synholice, nubes sunt gubernatores et principes, qui a rege ex humili terre loco in altum elevantur: hi enim mox ab annulis altoe casu vel a morte dejunguntur; hinc hebreas οὐαὶ νεστοῖ, id est elevati, vocant tam vapores et nubes, quam principes. Ratio analogie, inquit Cervantes, est, quia, ut vapores illi de terra elevantur a sole, et ab eodem plerumque dispersuntur, ita terrae principes de terra pulvere, ac ab extremitate terre suscitantur a rege, qui est velut iubar, ex quo illi divitiarum, honorum, nobilium stemmatum splendores mutuantur, et ab eodem comprehendantur, avolant. » Idem ibidem: «Cuncta, inquit, que sub mundo sunt, umbra, specrisque sunt similia; et sicut cum pompa tractantur, prima queque conspectum preterirent; item in torrentibus fallente vissa selecent, unde pretererint: sicut vita totius negotia currentia preteralentiisque, videntur manere, cum momentum quidem maneat, nunquam non subterflentia. » Et S. Chrysostomus, hom. 21 ad Theod. Monach. « Omnia umbra, somnia, cursus. Cursor est vita. Ut si quispiam rupis excelsa verticem tenens, pelagus omne prospiciat, multosque inde navigantium crebris fluctibus freti unda submergit, alios in præempti montis saxo collidi, nominales ad alia littora contendo properare, alios tabule unius auxilio ex fragmentis navis inventa a morte defendi, afflito quando pro gubernaculo atque remigis manus tantummodo suis uti, alios autem videat turbidos fluctus, multififorme genere cadavera ferri. Ita est qui militat Deo, cum se a tempestibus aliquo tempore, sive labientibus annis, aut suo tempore, eoque brevi affuturo, scilicet in morte et post mortem, tempus enim omnia oblitterat et aboles; unde NEMO MENTIONEM HABET OPERUM NOSTRORVM. — Quare non est quod aucepit famam et gloriam, que nobiscum fere interbit, nec quod studeamus augendie et exaltandie famam, utique nos nostri cito obliviscitur; nec quod posteritati consulamus, utpote cuius nullum habebimus sensum; nec quod virtutibus viisque austera incumbamus, utpote cuius nulla

erit merces, imo nec memoria. Utene ergo et fruere presentibus, frustra futura exspectabimus. Hec impia.

5. UMBRA ENIM TRANSITUS EST TEMPUS NOSTRUM. — Syntis, umbra que transit est molitus noster; Arabicus, quia tempus nostrum est umbra adveniens, q. d. Tempus vita nostra transit ut umbra, que cum sole vel alio corpore, cuius est umbra, transiret pari passu pergit et pertransit: sic Pindrus dixit, non umbra, sed «umbra somnium e homo», quod perurges Plutarchus Consol. a. Apol. « Quid, inquit, umbra debilis? ut hujus somnum ne aliis quidem explicare dilende queat: totum umbra robum corporis objectus est, ita vita tuta ex alio pendens quasi illus umbra existit. »

Audi Philonem, lib. De Josepho: « Sicut in somniis visionibus videntes non videmus; audientes, gustantes aut tangentes, nec audiimus, nec gustamus, nec tangimus; loquentes non loquimur, deambulantes non deambulamus, sed cum videamur uti motibus et habitibus, nullo prouersus ultimur, mente inaltere sine ullis ipsis objectis pingue sibi simulacra rerum non existentium tanquam existentia: Eodem modo etiam in hoc mundo corripitibus vigilantium imaginationes, sonni sunt simillima: venient, abundent, occurruunt, refugiant; et, priusquam comprehendantur, avolant. » Idem ibidem: « Cuncta, inquit, que sub mundo sunt, umbra, specrisque sunt similia; et sicut cum pompa tractantur, prima queque conspectum preterirent; item in torrentibus fallente vissa selecent, unde pretererint: sicut vita totius negotia currentia preteralentiisque, videntur manere, cum momentum quidem maneat, nunquam non subterflentia. » Et S. Chrysostomus, hom. 21 ad Theod. Monach. « Omnia umbra, somnia, cursus. Cursor est vita. Ut si quispiam rupis excelsa verticem tenens, pelagus omne prospiciat, multosque inde navigantium crebris fluctibus freti unda submergit, alios in præempti montis saxo collidi, nominales ad alia littora contendo properare, alios tabule unius auxilio ex fragmentis navis inventa a morte defendi, afflito quando pro gubernaculo atque remigis manus tantummodo suis uti, alios autem videat turbidos fluctus, multififorme genere cadavera ferri. Ita est qui militat Deo, cum se a tempestibus aliquo tempore, sive labientibus annis, aut suo tempore, eoque brevi affuturo, scilicet in morte et post mortem, tempus enim omnia oblitterat et aboles; unde NEMO MENTIONEM HABET OPERUM NOSTRORVM. — Quare non est quod aucepit famam et gloriam, que nobiscum fere interbit, nec quod studeamus augendie et exaltandie famam, utique nos nostri cito obliviscitur; nec quod posteritati consulamus, utpote cuius nullum habebimus sensum; nec quod virtutibus viisque austera incumbamus, utpote cuius nulla

Pulvis et umbra sumus:

plures umbræ et vite analogias recensuit Eccl. vii, 1. ET NON EST REVERSO FINI NOSTRI. — Graeco ἀντίστροφη, id est repeditio, regressus, redditus, reversio: nō: enim sunt pedes; Complutenses verunt, impedimentum, cui enim pedes sunt impediri, huic non licet regredi, nec progredi, q. d. Illus est, qui possit impeditre et arcere finem, sive mortem nobis imminentem; verum ἄναπτυξη propriè significat impedimentum, non ἀντίστροφη, ut hic est. Pro *fini* graece est τέλον, id est obitus, mors et finis vita, sensus est, q. d. ubi mortui florimus, non licet nobis repedare, sive pedem revocare, a morte et inaltero regredior ad vitam: ita Vatablus. Idem dixerunt vers. 1: «Et non est refrigerium in fine: incutient enim hominum animaque inalterum, ut hujus vita voluptatis libere, sine metu Numinis et vindictæ, indigent. Syrus verit, et non est sanctus in exitu nostro: Arabicus, non est morti nostra mora, vel remora et impedimentum. »

QUONIAM CONSIGNATA EST, ET NEMO REVERTITUR. — Consignata est, scilicet reversio, ne fiat fieri possit; aut clarius *finis*. *Finis* est tam feminini quam masculini generis; unde Virgilius, Et *Eneid.*:

Hac finis Priami fatorum,
Hic exitus illorum Sorte tulit.

Livius: « Et quanam finis futura tantis claudibit esse: » Cicero, lib. II De Legib.: « Neque necesse est edisciri a nobis, quae finis funestæ familiae, » Ille Complutensis et S. Paulinus, epist. 31 ad Alth. legunt masculine, non est reversio *finis* nostri, quia consignata est, scilicet finis et dies obitus nostri, idque S. Paulinus referat ad solitum despatalorum; Syrus, quia determinatum est, et non *qui* reverterit; Arabicus, quoniam præceptum moriendo cuique signatum est, et nemo avertit ilud. Sensus est, q. d. Finis et mors nostra certo definita, et inevitabilis est, nec ab ea ad vitam reverti licet: solent enim, que certa sunt obisignari: signum enim rei signilata dat certitudinem, imo subinde perpetuam et eternitatem: sic enim, Apocal. xx, 3, diabolus in inferno ob-signatus, id est in longissimum tempus conclusus dicitur: « Misit enim, inquit, in abyssum, et clausit, et signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummatur mille anni. » Porro sic illam, quo obsignata est mors cuiusque, diesque et hora moriendo, est parum nature defectus, indebet naturalis necessitas moriendo, prout Dei decreatum, quo cuique homini, tam diem nascendum, quam moriendi praefixivit, iuxta illud, Job xiv, 5: « Constituti terminos ejus, qui preteriri non poterunt: utrumque gentiles vocare fatum, utroque velut duabus foris et clausis adamantinis, obsignata et obserata est mors cuiusque, ejusque fores oculuse, ut ex ea ad vitam hanc resurgere sit impossibile. Minus recte Cantacuzenus consignationem hanc accipit

Tacite ergo significant impi brevitatem

illam, que fit per lapidem vel tumulum sepulchralem, quo mortui corpus concluditur, iuxta illud, Psalm. XLVII, 2: « Sepulcta eorum dominus illorum in eternum: » sic fere et Hugo ac Lyranus.

6. VENIRE ERGO, ET FRUAMUR BONIS QUA SUNT. — q. d. Post mortem nulla erit vita, nulla voluptas, nullus dolor; ergo fruamur bonis, id est voluptatibus presentis vite, quia post eam nulla erunt: hec Epicuri et epicureorum est ratiocinatio et paralogismus. Longa seculis, imo contrarium, ex vanitate et brevitate vite concludit Apostolus, I Corinth. VII, 29: « Tempus, ait, breve est: reliquum est, ut et qui habent uxores, tanquam non habentes sint, et qui dient tanquam non dentes, et qui gaudent tanquam non gaudentes; etc. : præterit enim figura hujus mundi. » In vita brevibus, acer est stimulus patellibus ad omnem virutem, etiam heroicam, eo quod credant et sperent per illam tam breuen et modicam esseque glorian sempernam, cum vice versa infidelibus sit stimulus ad omnem voluptatem, eo quod post hanc vitam non credant, ne sperent aliam.

VENIRE ERGO. — Invitavit impii se invicem ad convivandum et componendum, etc., quia nullus reisino socio jucunda est possessio, ait S. Bonaventura: idem locum habet in virtute, religione et gloria colesisti.

ET FRUAMUR BONIS QUA SUNT. — quia nulla credimus, nec speramus futura, ergo fruamur presentibus.

ET UTAMUR CREATORA (legit Interpres καταβαίνειν, id est creature; jam legunt καταβαίνειν, id est passim, id est rebus possessis, sive bonis, que possideamus) TANQUAM IN JUVENTUTE CELEBITER. — τὸ τανκάνην accipi potest, primo, ut nota veritatis, iuxta illud, Joen. I, 14: « Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti, » id est gloriam, que decobat eum, qui vere erat, unigenitus. Sic sensus erit: Fruamur voluptatibus creatis ad nostrum usum gustunque, cum et quandiu juvenes sumus, quantum et quandiu permittit juventus, in qua recipia degimsum, cum adhuc viget et nos recreare potest tam juvenis quam voluptas; sensus enim utramque fastidium, ut ait Berzelai ad Davidem, II Reg. x, 35. Causam dant per τὸ κατερίτης, q. d. Brevi cum juventute voluptas gustusque voluptatis transibit et avolabit, ergo utamur ea celeriter, grace προσδίδων, id est festine, studiose, diligenter, alacriter, serio, attente, accurate, ut nullas recreandi occasiones preterlabi sinamus, nec illa temporis momenta, ultro adeo fluxi et brevis: hinc Vatablus verit, *rebus creatis* simili ac juventute utamur; aliis, *creatura quasi adolescentia utar*; Valicanus, *utamur creature tanquam juventute*, id est hilariter et valenter, uti juvenes solent propter corpus vegetum, et animi alacritatem: juvenes enim vegeta et hilaris apia est capitula cuiilibet voluptati ejusque avida.

ritatem tam juventutis suae, quam voluptatis creatae, quod scilicet utriusque illico abeat et perfraneat, ac proinde indicant suam insipientiam, quod res quarum esse non constitit, sed situm est in transitu, adeoque potius non est, quam est, ambiant; res vero consistentes, solidas, durantes, sefernas non curunt et negligant: ideo enim bona huius vite sibi celeriter arripiendi dicunt, quod fugacia sint, avolantia et exemplo non futura: igitur voluptatis umbras duxata, et inaniam deliciarum simulacra captant: nam res ipsa nullib[us] reperitur. Adeo enim fluxa et labria sunt bona, quibus mortales tam avida inhiant, ut antequam manibus apprehendantur et teneantur, clabuntur et efflantur, immo antequam homo ea vix primis labris degustarit, vix oculis, vix auribus accepterit, evanescat: itaque non modo gustum gustantis, sed et oculos affannissime contemplans esfernimeque inuentis aspectum, aeternos avissimissimum assuetudinem pretervolent, et velut Iudones deludant. Si ad honorem respicias, quod idolum mortales maxime colunt, teneri manibus non potest, quin effugiat; unde Regius. Psaltes illum altorum superexaltatum et elevatum supercedros Libani, *Psalm. xxxvii. 35*: et transiit, et ecce non erat: vidit hominem, cum in honore esset, comparatum jumentis, et similem factum illis, *Psalm. xlviii. 21*. Vidiit Daniel lecnam grandibus aliis, aspergit donec evulse sunt alii, et sub pedes stolit; et cap. *iv. 17, 22*; arborum, cum in summa viriditate et priceritate esset, excisum: regem detracto diademate et purpura, de regno ad pastum inter bestias abjectum, etc. Quid moror? Si ad vitam species, ea nihil citius evanescent: vestigio nubis aut fumi et undarum comparatur, ut verum sit illud *Job. cap. xv. 32*: Antequam dies ejus implentur, peribit. Ita noster Martialis de Roa, lib. *Il Sanguis*, cap. 1. Totum ergo malum hominis, est fruendis, et uti fruendis: hoc faciunt impi, qui rebus caducis fruuntur, veris et solidis utuntur, ut se caducis pascant et expleant. *Frua* est potius fine, quasi summo bono, in quo beatoe conquescent; uti est adhibere media ad finem iam dictum assequendum. Audi S. Augustinus, lib. *VIII Quest.* *Quest. xxx*: Omnis itaque humana perversus est, quod etiam vitium vocatur fruendis uti velle atque utendis frui; et rursus omnis ordinatio, que virtus etiam nominatur, fruendis frui, et utendis uti; fruendum est autem honestas, utendum vero utilitas; idem, lib. *XI De Civit. cap. xxv*: *Temporalibus*, inquit, magis utendum est, quam fruendum, ut frui merearum aeternis; non sicut perversi qui frui volunt numero, uti autem Deo: quoniam non numerum proper Deum impudent, sed Deum propernum numerum colunt.

Secundo, noster a Castro *tangam* accipit proprio ut notam similitudinis; unde *o tangam in juventute* refert ad *creatura*, quasi ejus juven-

tus et flos caplandus sit, q. d. « Utamur creatura uti in juventute, » videlicet est, vel tanquam in adolescentia existente, ne sinamus preterire creaturam dum viget, doret, dum in sua est adolescentia, antequam senio confecta marcescat, quia ea fruatur. Adverbium autem *exordians*, idem est quod *graviter*, studiose, nempe ut in eam perfruitionem toto studio ac cupiditate incunabatur. Et hic sensus potior est, tum quia impii, non tantum adolescentiam suam, sed et vitam universam, senio quoque misere confectam, voluptati capienda dicavere, alequem morte repelluntur; tum quia ex sequentibus constabit, impios esse exclare ac invitare, ut omni studio et cupiditate praeipiam creaturam omnem, dum viget florere, ne per negligientiam quidquam voluptatis, quod capi possit, eorum aviditatem effugiat, prætereat, aut incelsu elaboratur.

Tertio alter *o tangam in juventute* explicat Cervantes, referetur ad senes, qui volunt videri juvenes, ac ut juvenes luxuriaris; hinc annos vita sua juveniles simulant miseri, atque canos, monumenta omeris, in quem paulatim absunt, plumbis instrumentis, obscurisque pigmentis infundunt, quasi praesagientes curitorum se eternitatem felicem et alia inferorum caligine involvendos, qui quamvis annos et decorepti senes, numquam senescunt, sed semper pueriliter immobiles vivunt, atque pueriliter in dies. Quas tre explications capit greca sententia: hanc terram, in planiori, reliquis antepone, q. d. Non sinamus nos senescere voluptatum medicamine. Juxta illud Ovidii in *Fastis*:

Nequista est, quæ te non sicut esse sonem:

hunc ipse. Verum hic sensus subtilior est, quam solidior, ac alienior est, quam germanior: hinc enim vel utrōrumque, vel juvenum potius, quam sūnum sūnt verba; unde subdunt: « Non prætereat nos vos temporis. » Melius auti exponunt, quasi dicant impii: Sic nos exhiberamus, ut manus semper hilares sicut juvenes: non declinamus nos merori et vita severe, ne cito fiamus senes, immo ut nunquam senescamus, sed potius ante senium molestum et tetricum, vita ejusque jucunditate defungamur.

Insipient est hæc impiorum illatio; unde idipsum illi sero agnoscentes, tandem dicent illud cap. *IV. vers. 6*: Ergo erravimus a via ventis: « sapiens enim est illa Apostoli collectio, Galat. vi. 10: « Dum tempus habemus, operemur bonum; » et illa Davidis, *Psalm. XXXV. 1*: « Noli emulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniuriam: quoniam tanquam ferum velociiter arescent. » Unde S. Augustinus in *Psalm. LXX*: « Cum dixisset, ait: *Manducemus et bibamus*, adjunxit, *Izai. xxxi. 13*: « *Oras enim miremus*: audi contra a me: *Imo jejunemus et oreamus*, cras enim moriemur. » Hinc sapientia illa, rogatus cur adeo parce et sobrie viventer, res-

pondit: « Morituro hoc sufficit: » viatori enim modicum viaticum sufficit, si via sit modica.

7. VINO PRÆTOSO ET UNGUENTIS NOS IMPLEAMUS.

Vino interius bibendo, unguentis exterius ungendo: rursum utriusque interius, solabant enim deliciarum causa, vino misere unguenta quedam sapida et odorata, itaque illa cum vino ebtere, ut alibi ostendit. Sic erit hendiadys: « Vino et unguentis, » id est vino unguentoso, iuxta illud Virgilii, *V Metam.*:

Denique Plinius, lib. *XVI*, cap. 1: « in horis, inquit, coronamenta seri jussit Cato, inenarrabilis flororum maxime subtilitate; quando nulli potest facilis esse loqui, quam rerum natura pingere, lascivient præserium, et in magno gaudio fertilitatis tam varie ludenti. » Porro, veri aperte respondet juventus: ipsa enim est quasi ver et statum; unde Ovidius, *X Metam.*:

Citraque juventum,
Etatis breve ver, et primus carpe flore.

Pateris libanum et auro,

id est pateris aurei. Porro solebant veteres in convivilis prius aqua calida ablui, deinde unguentis innuncti cunctare, tum deliciatum, tum fragrantem, tum sanitatis causa, uti docent Athenaeus, lib. *V*, Plutarchus, lib. *III Sympos.*, Clemens Alexandrinus, lib. *II Perdag.*, ceterique, qui de priscis convivialiorum ritibus scripsere. *Vinum autem pretiosum* est vinum *Cos*, quod scilicet egreditur et coloratum, odoratum, sapidum.

ET NON PRÆTEREAT NOS FLOS TEMPORIS. — Primo, « flos temporis, » inquit Holeot, est flos juvenitis, q. d. Utamur flore juvenutis ad omnes voluptates, quas ipsa concepit: in adolescentia enim est longe vividorum aviditas voluptatis, quam in estate virili vel senili; unde Guarinus vertit, neque *foren* vita *prætereamus*. Verum græce est *zōs tīpē*, id est *flos aeris*; unde

Secondo, Cervantes sic exponit, quasi dicat: Loti inimicorum in molibus cultris accumabunt mense, ut caveamus ne ledi possimus flore aeris, vel aera delicata perline penetrari, et confratre catarrhum aliumne morbum, utpote pars corporis per folionem et uncionem jam aperitis; verum græca et latine est, et non *prætereat*, non autem, et non *pénétrat* nos *flos aeris*.

Tertio ergo et genuine, flores *zōs*, id est *aeris*, vel, ut aliis per metathesin legunt, *tzōz*, id est *veris*, est vernum tempus, quod est quasi flos omnium anni temporum: illo enim cuncta vivunt et florunt, ac grato halitu et odore, quem exquirunt, aerei imbuunt, per eumque nates totumque corpus recreant et restaurant; unde aeternus subtilissimus æque ac jucundissimus est, iuxta illud:

Nunc formosissimus annus;

et illud: Omne ver anni decus et venustas;

et Ovidius, *I Metamorph.*:

Ver era *eterna*, placidique tepentibus auris
Molobrini zephyri natos sine semine flores;

Item, *I Pastorum*:

Omnia tunc florent, tunc nova temporis æta,
Et nova de graviò palme gamma tunet.
Et modo formulis operi frondibus arbos,
Prodit et in summum seminis bella solum.
Tunc blandi soles, ignotique proicit birando,
Et latecum celis sub trahe lingit opus.
Tunc patitur culus ager, et renovatur aratro:
Hinc anni novitas jure vocata fuli.

Quarto, plenus, generalius, magisque adhuc quam ad Vulgatam, *flos aeris* est flos temporis et vita, quo aera et aura hac fruimur unde *Vatalis* vertit, *nece florē aurā prætereamus*; hinc nositer a Castro per *foren* temporis aut vita accedit quidquid in tempore deliciosum floridumque reperitur, ne scilicet illa occasio labi sinatur, nulla opportunitas prætereatur, in qua voluptate frui concedatur. *Flos temporis* ergo est communis voluntates cuiuslibet temporis, in hieme ignes, in vere flores, in estate viridaria, in autumno fructus, etc., ut *flos temporis* dicatur quidquid jacundus ac delectabile singula ferunt tempora, ad quorum voluptates sese impiri hortantur. Tales autem, sit Bonaventura: « Nihil curant de fructu animalium celestis, sed de flore veris presentis. » Porro, vide hic insipientiam impiorum, qui res vanissimas et celerrime evanescentes, putat flores, ambient, fructus vero solidos respunt: quare eos merito S. Augustinus in titulo *Psalm. III*, vocat « *ziphos*, id est *florentes*, qui florent in seculo, et arescant in iudicio, et post arditudinem in igne eternum nittentur. » De quibus *Isai. XI. 6*, dicitur: « Omnis caro foenum, et omnis gloria eius quasi flos agri, » Septuaginta et D. Petrus, *I Epist. I. 24*, et omnis gloria eius tanquam flos *fanj*. S. Augustinus in id *Psalm. CI*: *Homo tanquam flos agri sic efflorabit*: « Totus, inquit, splendor generis humani, honoris, potestatis, divitiae, flos feni est: et sicut vix annua est pulchritudo agri, aeternum aereum herbarum, sic et humana prosperitas: » sed de hoc mox plura.

8. CORONEMUS NOS ROSIS ANTEQUAM MARCESCANT. — Graeci, *coronemur calycibus rosorum*: rosa enim plane aperta illico dacecent et marcescent: calyculi vero, sive bracea clausa rosarum dum sessim sese aperiunt, et folia explicant, diutius durant; et quia conclusi, stipitaque sunt, hinc densissimam suavioremque odorem exspirant; sed et idem mox marcescent: rosa enim, quia extatissimam est odoris, hinc effissimam marcescit, ait Plutarchus, lib. *H Sympos. Quest. I*; et Plinius, lib. *XI*, cap. 1: « Flores, sif, odoresque in diem gignit (terra) magna, ut palam est, admonitione hominum, que spectatissima florem, celerrime marcescent: » idem, cap. *XI*: « Novissima, inquit, rosa, eadem prima deficit inter flores. » Porro rosa et corona ex rosa a temperaturam

hibentur convivis, tum odoris causa, tum ut sua frigiditate resistant ebrietati, præserunt dum suo halito suavi poros aperient, per quos vapores vini exspirent, ne cerebrum gravent: audi Athenaeum, lib. V: « Vinciebat primum capita fascia ex vittis ex lino et lana; tum ornatus causa frondes additæ floresque: nam aduersus incommodum vini præsidio sunt exhalationes florum: si calidi sint, laetior poros aperiendo efficiunt ut perspirent vinum; si leviter frigidi, vapores medocri suo contacte repellunt. »

Hinc corona rosa sacra erat Musis, teste Plutarcho, lib. II Symp. Quest. i: idem, lib. III, docet rosas missice cor cerebrum recreare, hæresecque vim astringendi, ac ea que caput gravant, odore suo reprehendunt; hinc Ovidius in Fastor.:

Tempora suffubus pinguuntur testa coronis,
Et latet injecta splendida mensa rosa;

et paulo post:

Anmit, et molis flores occidere capillis:
Occidere in mensas et rosa missa solet.

Et Horatius:

Nou desint epulis rose,
Non vivit apium, non breve lilium.

Est enim rosa regina florum; unde Leucippe apud Achilem Tatium, lib. II: « Si regem, inquit, floribus constitutæ Jupiter volueris, non alium certe quam rosam tali honore dignatus fuisset: » hec est terra ornamentum, planitur splendor, oculus florum, prati purpurea, puichristo coruscans; hec amorem spirat, decorum conciliat, speciosissimis luxuriant, tremulissime delectat, ejus frondes zephyri afflata rident; atque adeo usque in verum est, ros tribui regnum florum, ut corona et ros præter casta designet potentiam, regnum, imperium: hinc et Virgilius rosam aurora comparat, immo aquat:

Antiquorum, inquit, rapere rosas aurora ruborem,
Au daret, et flores dingeret orta dies.
Ros unius, color unus, et mons manu duorum,
Sisteris et floris est dorsum una Venus.
Forsa et unius odor: sed celior ille per auras
Diffat, spirat proximus illi magis.

Denique Graecius De Opif. sez dier. omnes flores vocat roses, et ex rosa Deum opificem ita celebrat.

Qui roses stillare nemes vel floribus agnos
Imperat, autumni qui dulci poma saporat,

Impii vero non hoc fine, sed alio aiunt: « Coronemus nos rosas, » scilicet ut pleno earum odore et colore nares oculosque passant et implicant incitentque ad omnem voluptatem, precepsit venereum; hinc subdunt: « Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra: »

rose enim amorem gratiamque conciliant, qua de causa olim Veneri diceabantur; unde ex Paulanæ in Eliacis Natalis Comes, lib. IV Mytho cap. XIII: « Venus, ait, rosea corona solebat... signiri, » et Valerius scribens Ruffino in utrum dicunt, epist. 44, tom. IX Operum D. Hieronymi: « Placet, ait, delectatio, sed pungit dilectionem; flos Veneris rosa est, quia sub eius purpura multi latent aculei. Quocirca aliqui, inter quos est Josephus Stephanus, lib. De Rosario B. Virg. cap. m, sic exponunt: Coronemus nos rosarum ealyxus, seu vasculis, hoc est, virginum amplius foeyearum, antequam decorum statim floremque deponant: nam pudoris ac virginitatis symbolum rosam esse, præter profanos qui id insinuant, affirmat S. Hieronymus, in epist. 8 ad Demetriadem, cap. r, et Joel. I, in illa verba: « El flos de domo Domini, » in verbis extremitate.

Venit, hinc sensus symbolum est, non litteralis: « Rose, » ait Fulgentius, lib. II Mytho, in Veneri, et rubent, et pungunt, ut etiam Libido:

rubet enim vereundis opprobrio, pungit etiam peccati aculeo; et siesta rosa delectat quidem, sed celeri motu temporis tollitur, ita et Libido libertate, et fugit perenniter.

Hinc et Cleopatra, in luxuriosissimo suo convivio, in roses expendit taluentum, hoc est, sexmillia coronarum Francorum, cum per omnia discubuntum triclinia foliorum passim accepi, cubiti mensura pavimenti undique existant. Hinc Martianus Capella, lib. I, Veneri plectit coronam et ros: « Huius, inquit, ros discussum vineculatis seriatu contextio. » Et solent metrifices amasios soli velata rosa ad se perficere. Luciferius, lib. II, De Idea matre, denso rosarum jactu ab omnibus petita, ita canit:

Ningnupta rosarum
Floribus, umbrantes matrem coniunctaque catervas.

Scriptis Anacreon velut poeta grucus encomium roses, in quo ita canit:

Cum vere patre florum,
Socianda lata rosarum.
Rosa si dolorque divum,
Honnum ros est voluptas:
Decus illa gratiarum,
Florente amoris flora.

Porro Tertullianus, lib. De Coron. milit., cap. IX, et ex eo Martinus de Rosa, lib. II Singul. cap. I, negant apud Hebrewos fuisse usum coronarum in festis et convivis, eo quod illarum non meritorum Scriptora: verum contrarium insinuat Clemens Alexandrinus, lib. II, cap. viii, idque patet ex hoc loco: impii enim Hebrewi hic dicunt: « Coronemus nos rosas. » Sic idem hedera coronabatur in honorem Bacchi, ut patet II Machab. vi. 7; nec id mirum, cum illi ipsi declinantes in dola ritusque gentilium, Venorum ejusque amasium Adonisdem adorarent, et sacro planetu

coderint, ut patet Ezech. VIII, 14. Quod ergo ait Tertullianus Hebrews non fuisse in usu convivales rosorum florumque coronas, intellige ex more proprio, non ab eluanis sumpto.

Moraliter, rosa symbolum est voluptatis evanescere, et spinose, id est muluis amaritudinum dolorumque spinis commixta: impii ergo florem, immo floris inicationem duxat, puta calyeulos rosarum captae, at pili fructum florii anteferunt, juxta illud Sapientie Eccl. xxv, 23: « Ego quasi vult fructificavi: suavitatem odoris; et flores mei fructus et honestatis: » nullius enim arboris fructus melior, quam vilius, haec enim profert uvas et vite; hinc s. Ludovicus rex Francia vetuit gemitu rosa feria sexta, in honorem coronæ spinea Christi Domini. Unde Basilius, hom. XI Hexam.: « Transitoria, inquit, ac brevia momenti vernorum florum gratia, adhuc desiderantes destinati; » et S. Ambrosius, hom. III Hexam. cap. xi: « brutiles, inquit, licet splendore nobilitatis, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis, semper tibi spina proxima est, semper inferiora tua respice, super spinas germinus, nec prolixia monet grata; brevi uniusquisque decurso atalii flore marcescit. » Et huc id Virgilii de rosa pertinet.

Quia longa una dies, etas tam longa rosarum,
Quis pubescens juncta senecta premi.
Quam modo assententur uulsi coepit eos,
Hanc rediens sero vespre vidit annam.

Et Hieronymus Augerianus in Epigram. :

Poldra brevi durat rosa tempore, forma brevique
Tempore: sic formæ par, rosa, tempus habet.

Et Horatius, lib. II Carm. ode 3:

Huc vina et unguenti, et nimium breves
Flores amarae ferre jucunda.

Quocirca Clemens Alexandrinus, lib. II Paday. cap. viii, asserti usum florum esse noxiun, et electri præsterie supplicio affectum; additique hinc probari vita eorum brevitate, quod ambo flaccidunt, neque flos et pulchritudo. Ea re Artemidorus monet, et si corone et rosis per quicquidem vise omnibus bone sint, id est fauste, hinc tamen agrotantes excipi: « Hos enim, inquit, occidunt, » id est morituros predictum, quod facile marcescant. Ipsa rosa non tantum Locrensis, sed quilibet, cum sit specimen omnium florum, tamen codex prope momento quo nascitur, sequitur. Virgilius de hoc flore:

Mirabar celarem fugitiva etate rapinam,
Et dum noscundur conuenisse rosas.

Hoc ipsum Latinus Callimachus:

Vili ego odorati victura rosaria Pesi,
Sub malatino coccia jacere Noto.

Hanc ob causum Ausonius in Epigram. virginem admönens mortalitatis, ait:

Collige, virgo, rosa, dum flòs novus et nova pubes,
Et memor esto avum sic properare tunus.

Scite a Domitiano dictum est, nec gratus esse quidquam decore, nec brevius. Ille est, quod Paulus nominans coronas hasce floreas, eas vocat corruptibilis I Corin. XIII: « Qui in agone, inquit, contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam. » Denique Statius, lib. III Sylvar., omnibus florarum hilaritatem funere terminari assert, dum illa canit:

Qualia pallentes defluunt lilia calmos,
Pabenentes rosa prætus movuntur ad austros.
Aut ubi verne novis exspirat purpurea pratis,
Illa sagittifer circum volatissim amores
Funeri, maternaque rogos uxistis anomia.

Quae omnia confirmant id quod ab Isidoro traditur, nempe flores dici quasi flores, quod sicut dicitur, et cito solvantur: ita ipse lib. XVII Orig. cap. vi. Sie et greco ζέαν, id est rosa, dicitur a πετρα, id est πετρα, q. d. flumens odor, eo quod odor prodiga, ut ait Plutarchus, lib. III Symp. Quest. I, πέτρα τοις της ζέας φύσει, id est ingentem odoris fluxum emitit: hoc ergo sun fluxu ipsa efflit, difflit, marcescit, sicut planta nimis fluxu humoris, homo sanguinis, difflit et emoritur. Ita Clemens Alexandrinus, II Paday. cap. viii. Nuper Leo XI pontificis Florentinus ex familia Medicis in insignibus gestabat rosam, cum hoc lemmale: Sita florat. Verus sibi fuit vates, nam paucis diebus in pontificatus culmine stetit et floruit, et illico instar rose defloruit, morientes orbi sui desiderium, velut odorem suavem aspiravit. Denique Clemens Alexandrinus loco iam citato docet christianos non debere coronari roses, quia Christus coronatus fuit spinis: idem fuisse inculcat Tertullianus, lib. II De Corona mil. ubi et doctet christianos, ut Christum sequentur, exhibuisse coronas et rosas et floribus: idem fuit sensus s. Ludovici, ut paulo ante dixi. Sie et Godefridus Bullionius expugnans Hierosolymam anno Domini 1499, ipso die Parascevas, quo Christus in eadem passus fuerat, dum a procuribus communis consensu crearetur et inauguretur primus a christianis Hierosolymorum rex, aurea regum corona noluit coronari, eo quod in eadem urbe, eodem die, Christus spineam tulisset; imo nec rex Hierosolymæ, aut Judaea, sed protector s. Sepulcri nuncupari voluit, eo quod Christi crucifixi titulus proprius fuerit: Rex Iudeorum: ita refert Guilielmus Tyrius in historia Belli Sacri, Joannes Molanus doctor Lovanius in Mitis Sacra, et alii. Disce, o christiane, sub capite coronato, non debere membra esse delicate, ne sub Christo sentibus confixo, decent te rosis deliciisque coronari.

NULLE PRATUM SIT, QUOD NON PERTURBESAT
LUXURIA NOSTRA. — Hac sententia non est in
Greco, sed in Romanis, ac ceteris Latinis: prata
amena herbis, floribus, membroribus apia sunt vo-
luptati; unde Horatius:

Non desit epulis rose,
Nem vivax spinos, nem breve lilium.

Sensus ergo est, q. d. Ubique luxuriem, ubique
voluptatem, ubique in pratis, floribus odore,
herbarum virore, fontium rivularumque crystal-
linio decore, nemorum arborumque umbra noi-
oblectemus, ibique gulae, ventri et veneri in-
dulgeamus: *luxuria* enim hic non solam libidi-
nem, sed quenvis luxum epularum, deliciarum
et voluptatum significat. Hoc est, quod Iudeis
fornicantibus, tum corporaliter, tum potius spi-
ritualiter, puta idololatribus, improprietate Je-
remias, cap. ii, vers. 20: « Sub omni ligno fronde-
do tu prosternebas, mereret. » His impi
indicant radicem sui mali et malitia, scilicet impot-
tentem venierit et voluptatis aviditatem et cu-
pidinem usque ad luxuriam: *luxuria* enim copi-
am, redundantiam et effusione significat;
unde Cicero, act. i in *Verrem*: « Quas res, in-
quit, luxuries in flagitiis, crudelitatis in suppliciis,
avaritia in rapinis, » etc. *Luxuria*, inquit Festus,
est morum solutio; » et Ovidius, lib. i De
Arte: « Mens erit apta capi tunc cum latissima rerum
Et seges in piangi luxuriant humo,

et lib. II:

Luxuriant animi rebus plerisque secundis.

Sic vocatur *luxuria luxuriosa*, id est nimia et pro-
fusa. Vites quoque, segetes et arbores luxuriar-
unt, cum nimis redundant ramis et germi-
bus.

9. NEMO NOSTRUM EXSORS SIT LUXURIE NOSTRE.
— Greco, *nemo nostrum expers sit hyperbole*; id est
insolentie, luxuria, magnanimitatis, superbicie; Va-
tablus, petulantie; Completnitatis, strenuitatis;
ali, ferocia nostre, q. d. Quisque nostrum ex-
promat suam cupiditatem, petulantiam, insolentiam,
strenuitatem, superbiam; quippe se virum
ostendat in suis libidinibus et passionibus; va-
lenter et potenter indulgeamus nostro lubentiae
ostro pro animo, ut quidquid illi libert et libert,
dem licet, ac licenter, petulantie et strenue id
ipsum explreamus: nam ut ait Eustathius in *Iliad.*
ii: « Infusio et diffusio facilis in id quod libert, et
quo qui glorietur, insolentes. » Notant animalium
suum effrenem ad omnes cupiditates explendas,
qui duos maxime affectus et passiones continet,
scilicet amorem ardoremque voluptatis, ac super-
biem, iram et insolentiam ad protervendum
illos qui fruenda voluptati obstant: amor enim
rei cupitur aut iram in eos qui obijcent, ac fe-
rociam in eos quis spolare quis vult, ut habeat

unde suo ventri et veneti, aut pompe et fastu
satisfaciat: quare cupidio sterva est, et quo magis
giscit cupidio, eo magis ei quasi pari passu cre-
cira et sevita.

UNIQUE RELINQUANUS SIGNA LETITIE. — *Signa* hec
sunt flores, odores, epularum reliquiae, rami,
frondes, catus, tripudia, etc.: pro *signa* grece
est *σημα*, quod et *signa* et *collationem* significat,
qua scilicet convivae conuent in commune po-
emus, vel cibos ad instruendum latum epa-
lum, q. d. Ubique epulemur, ubique epuli nostri
pars existat, quisque locus de nostro epulo ne
letitia participet, ut omnis nostri delectis, et
gaudis compleamus: adeo enim effus sumus in
voluptate, ut his non tantum ventrem et nos-
tos, sed et alias quoque, quin et prata et locum
quemlibet implere satagamus.

QUONIAM HEC EST PARS NOSTRA, ET HEC EST SORS.
— Vatablus, *hic est fructus noster*, q. d. Post mor-
tem non expectamus aliam hereditatem, aliam
vitam, aliam voluptatem, sed omnis illa hec vita
terminabitur; ergo dum vivimus, illi indulga-
mus: *haec* est enim nostra portio, *haec* nostra
sors, *haec* nostra hereditas. Secus plane dicunt
pi, qui continentur vacantes, post mortem ex-
spectant gaudia coelestia, ideoque canunt cum
Psalte, *Psalta*, xv, 5: « Dominus pars hereditatis
meae, et calicis mei, tu es qui restitues heredita-
tem meam mihi. »

40. OPPRIMAMUS PAUPEREM JUSTUM, ET NON PAR-
CANS VIDIUS, NEC VETERANI REVERAMUR CANOS
MULTI TEMPORIS. — Voluptatis comes, ima filia,
est sevita et tyrannus; hinc voluptas est crude-
lis, qui enim suas opes decoruerunt, casque in
gulam et libidines exhausterunt, velut lupi tame-
lici, imo fame rabidi, sevient in pauperes, vi-
duas et senes, ut eorum velut infirmorum et in-
potentium bona invadant et diripiunt. Hinc aliqui
vertunt, *tyrannum exercitamus in pauperem*, vel
per *tyrannum subiectiam nobis inopem, nec par-*
conus viduo, neque contumis sensi longiorum re-
verarum; Jansenius, nec sensi cano annos reverar-
mar; grecum enim κακονοποιον significat per ty-
ranidem aliquem opprimere, sibi subjicere. Vide hic ut roses in spinas transante, ac gula in
crudeleitate: audi S. Augustinum in *Psalm. iii*, in explicazione tituli, ubi ait: « Post illam de
scriptam latius luxuriam, coroneus nos ros, etc.,
quid sequitur? *Oicidamus justum*, etc. Lenes jam
dandum loquebantur: *Coroneus nos ros*. Quid
blandius? quid delicatus? de hac lenitate spe-
rare crucis et gladios? *Noli mirari, lenes sunt*
et radices spinarum: si quis can contractet, non
pungitur; sed quo pungeris, inde nascitur. »

Idem tunc sensus et syllogismus Epicuri et epicureorum, quem graphicè depingit et refellit La-
tianus, lib. III, cap. xvi: « Verum ille, inquit,
impunitus vitis suis spopondit: fuit enim tur-
pissime voluptatis assertor, cuius capienda
causa nasci hominem putavit. Quis, cum hoc si-

firmari audiat, vitiis et sceleribus abstineat? Nam
si perfurare sint animae, appetamus divitias, ut
omnes suavates capere possimus. Quia si nobis
desunt, ab iis qui habent auferamus clam, dolo,
vi. Voluptatibus igitur quomodo possimus ser-
viamus. Brevi enim tempore nulli erimus om-
nino. Ergo nullum diem, nullum denique tem-
poris punctum fluere nobis sine voluptate patia-
mur, ne quia ipsi quandoque perfuriri sumus,
id ipsum quod virtus pereat. Hoc illi licet non
dicat verbo, re tamen ipsi docet. » Rationem
claram subiect: « Nam cum disputat omnis sapientem
sui causa facere, ad utilitatem spectat alienam;
nec a sceleri abstinentiam, quia maleficem
praeconjuncta est. Archipirata quisquam, vel
latronum dux, si sub ad grassandum cohortetur,
qua illa sermone uti potest, quam ut
eadem dicat, quae dicit Epicurus: *Daos nihil curare, non ira, non grata tangi*; inferorum pos-
nas non esse melioribus, quod anima post mortem
occident, nec illi omnino sint inferi; volup-
tatem esse maximum bonum; nullam esse hu-
manam societatem, sibi quemque consulere;
neminem esse, qui alterum diligat, nisi sui causa. »

41. SIT AUTER FORTITUDINE NOSTRA LEX JUSTITIE.

— Ita Romana et Graeca; perperam ergo Com-
plutenses et alii legunt *lex justitiae*, q. d. Forti-
tudine nostra nobis sit lex et norma, non justitia,
sed iniquitas, ut scilicet iuste eam non justa,
ed iniquitas perpetrum, spoliando et opprimendo
pauperes, viudas et senes. Verum legendum est
lex justitiae, ut dicit Arabicus, *sit autem fortitudo*
nostra velox ad justitiam: sensus est, q. d. Nobis
justitia et legitimum habeatur, et quasi lex justi-
tiae, non quod ipsa justitia et recta ratio dictat,
non quod senes canitie venerabiles dicunt, sed
quod vis et fortitudo nostra efficere et rapere pos-
test; quod vulgo dicitur: *justitia ipsi est gladius*,
iustus suum portat in armis, ut Callicles ac apud
Platonem in *Gorgia*. Hoc est axioma tyrannorum,
imo leonum et ferarum, qui non aliam habent
justitiam, quam ungues, dentes, vim et rapinam,
et proinde iustitia ipsi est pro justitia, et
norma vita, iusta illud Juvenalis, *Satyr.* 6:

Sic volo, sic jubeo, sit per ratione voluntas;

alis fuit Nemrod validus venator, non tam fer-
arum, quam hominum, Gen. x, 8. Causam sub-
dit:

QUOD ENIM INFORMUM EST, INUTILE INVENIR.
— Arabicus, *quoniam virtus informa apparet inutilis*:
pro *inventur* gracie est *ὑπέρβαθρον*, id est arguitur,
convincitur, dum infirmitas omnium patet inju-
ris, q. d. Qui viribus prevaleat, hic validus, po-
tent, et dives est; qui infirmus et impotens po-
tentiori resistere nequit, sed succumbit, hic ad
nihil utilis est, nisi ut alterius sit spolium et

preda, uti sunt pauperes, viudae, senes, idque
nature videtur conforme: nam quod validus
est naturaliter dominatur invalido, ut in bestiis
est videtur; hinc pisces maiores devorant minores,
lupi rapiunt oves, leones lupos, tigrides
venantur quevis animalia. Ergo et id in homini-
bus habeat locum oportet, ut opes infirmorum
cedant validis et potentibus: hoc est principium
tyrannorum, et aliorum, quod hoc seculo re-
novavit Machiavellus, qui *relegit omnia*, virtutem,
justitiam censit subservire debet potestis et
libidini dominandi, ut is utaris quantum juvent
ad ditiones tuas propagandas, non utaris quantum
id impeditum. Hinc olim christians objec-
tare pagani, quod ipsi utpote humiles, mansueti,
tolerantes, quieti, inertes essent et inutiles ad
republicam armis propagandas, teste Ter-
tulliano, *Apolog. pro christianis*.

Verum hoc principium non humanum est, sed
ferinum; non christianum, sed atheum; non di-
vinum, sed diabolicum. Fero aguntur suo appeti-
tu ferino, at homo agitur ratione et humana
aequitate, que ei a deo data est velut lux et lux-
uria; illam ergo sequatur oportet. Hoc est quod
deplorat Habacuc, cap. i, vers. 3 et 4: « Factum
est, iudicium et contradicatio potentior, quia
impius praevalet adversus iustum: » vide Job,
cap. xx et xxx.

12. CIRCUMVENTANUS ERGO JUSTUM, QUONIAM INU-
TILIS EST NOBIS, ET CONTRARIAS EST OPERIBUS NOS-
TRIS, ET IMPROPERAT NOBIS PECCATA LEGIS, ET DIFFA-
MAT IN NOS PECCATA DISCIPLINA NOSTRAE. — Arabicus
et *justum accipit in genere neutrō*, unde veri-
tati, *condemnas, finganas, fabricnas justum*, q. d.
Lex justitiae vera nobis nostraeque copiditati ad-
versatur, formemus ergo aliam legem justitiae,
conformem non recte rationi, sed concupiscentia
nostrae, ut *justum sit quidquid nobis libet*; verum
Hebrei, Septuaginta, Vulgata, Chaldeus,
Syrus, exterioris omnes accipiunt *justum* in
genere masculino, idque exigunt sequentia. Ex an-
tecedentibus ergo et subsequentibus lique prius
hunc esse vocem impiorum contra quelibet in-
signiter justum et pius, qui eorum impietatem
verbis et vita redarguat, quem proinde ipsi ut
sibi in visum, persecuantur ad necem, ut factum
est omni avo: sic enim Cain persecutus est justum
Abel, Sodomita Lot, Esau Jacobum, fratres
Josephum, Pharao Mosen et Hebreos, Saul Da-
videm, Jezabel Eliam, Manasses Isaiam, etc. Qui
enim plene et perfecte est justus, non sibi soli est
justus, sed et iovi reipublice; ac proinde justi-
tia est *hyperapistes*, id est acer propagator,
propagator et vindex, quem proinde impi
pesime oderant, et ad necem persecutur. Ita
consent Hugo, Lyra, Osorius, Jansenius hic,
et S. Chrysostomus, homil. 5 in *Verbis Isa.*
viii, *Dominum*, et S. Ambrosius, lib. II *De Offic.*
cap. vi et vii. Hinc Simeon Metaphrastes in Vita
S. Auxentii, in ipso impletum attulit Sap. ii, 12: